



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

No[n] fuisse diminutione[m] gl[ori]æ uel meritis p[atr]ibus ill[is] q[uo]d  
dixit, & nome[n] meu[m] adonay no[n] indicaui eis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

LXXXV. RUPERT. ABBA. DE GLORI. TRINI.

**Ela. 63** Sp̄m sancti sui, ut aperiret qualem spiritus sancti operationem illuc intelligi uelit, protinus ait: Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum, qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingenter, quasi animal in campo descendens. Et interposito, quod iam supra diximus: Spiritus domini ductor eius fuit, rursum ait. Sic adduxisti populum tuum at faceres tibi nomen gloriae.

**¶** Non fuisse diminutionem glorie vel meritis patribus illis, quod dixit, et nomen meum Adonay, non indicauit eis. Caput. III.

Vid proinde dicemus: Nunquid patres sancti Abraham, Isaac & Jacob, pro eo minoris sunt glorie uel meriti quam Moyses, quia nomen suum Adonay non indicauit eis: indicauit autem Moysi in conspectu Pharaonis & Aegypti orum ceterorumq; gentium per operationem uirtutum. Vnde Psalmista cas-

**Psal. 76.** nit, tu es deus qui facis mirabilia, notā fecisti in populis uirtutē tuam, redemisti in brachio tuo populū tuū, filios Iacob & Ioseph. Et ipse dominus ad Pharaonē icirco autē posuit te

**Exo. 9** Maxia fides prios; patruī (inqt) ut ostendā in te fortitudinē mēā, & narre nō nōmē meū in uniuersa terra? Mime. **¶** Immo per hoc preciosior corā deo in oculis nostris fulget eoz magna fides, quod eiusmodi signis, quae usq; hodie Iudæi petunt: siue linguis, quae non fidelibus (ait Apostolus) sed in fidelibus in signū sunt, nō indiguit, ut cresceret. Hinc idem Apostolus, memorata ipsoz fide, ideo (inquit) deus nō confunditur uocari eoz deus. Et uere nō confunditur, quippe q; & ultero nomē hoc sibi assumpit, nomē ipsoz, dices: ut supra mērauimus. Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Hoc nōmen mihi est in aternū, & hoc memoria;

**Exo. 3.** Exo. 6. le meū in generatione & generationē. Cū ergo dicit, & nōmen meū Adonay non indicaui eis: pulchre subauditur, & tamen fides eoz magna fuit. Econtra, cū ecce nunc indicauerit populo huic nōmen meum Adonay, nunc deniq; uidēbis quae facturus sum Pharaoni, per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta ejicit illos de terra sua, fides eoz nō magna erit, immo rebelles erunt & increduli, & populus duræ cervicis, in tantum, ut tu quoq; exacerbatus ab illis, distinguere habeas in labijs tuis, & loqui sicut homo non magnæ fidei, **¶** Iam quippe sciebat dominus dicturum esse Moysen, postquam indicasset nomē suū Adonay. Audite rebelles & increduli. Nū de petra hac aquam poterimus uobis ejercere: Quam culpam mox sententia secura est, dicentis: Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis Israhel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Haec icirco dixerim, ut liquido constet, quia non diminutio est glorie & honoris sed dignitatis patribus illis, qui dixit, & nōmen meū Adonay non indicauit eis, immo & maioriſt esse meriti, quod abſq; illo indicamento tanti nominis, non uisa tantarum operatione uirtutum, exiuit Abraham de terra sua, cum isti uix post tantarum operationē uitatum crediderunt & secuti sint ut habitarent in terra sibi ab ipso data, præsertim cum clavis missa ad dominum, & educerentur de domo seruitutis, de ergastulo Aegyptiorum, de fornace ferrea. Amplius autem & hoc mirandum de homine, qui non uidet resurrectionem mortuorum, sicut nec cæterarum accepérat operationem uirtutum: quia sicut meminit Apostolus, fide obtulit Isaac cum tentaretur, & unigenitum offerebat qui suscepérat re promissiones, ad quem dictum est, quia in Isaac uocabitur tibi semen, arbitrans, quia & à mortuis suscipere potest deus. Sed iam ad supra dictū capitulum revertamur.

**Heb. 11** **Rom. 4** **Gal. 3** **Gene. 21.** Be eo qd Sadduceis respondens dominus pro resurrectione mortuorum, cogitare patrum istorum meminit, dicente deo, ego sum deus abraham & deus Isaac & deus Jacob, pro quo sic assumpit, non est deus mortuorum, sed viuorum, omnes enim ei viuunt. Caput. III.

**Exo. 3** **Match. 22.** Aec (inquit) dices filiis Israhel: Dns deus patrū nostroz deus Abraham, & deus Isaac & deus Iacob misit me ad uos. Huius loci memor dñs respondit tentantibus Sadduceis, qui dicunt non esse resurrectionē. Dereurrectione autē mortuorum non legistis, quod dictum est à deo dicente nobis, ego sum deus Abraham & deus Isaac, & deus Iacob: Non est deus mortuorum sed viuorum. Omnes enim ei uiuent. De qua eius respōsione nonnulli dubitare solent, quasi nō satis fecerit pro afflu-

dareſur

**Rñio Chri cōtra sadduces**

**UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN**